

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Cornelius Nepos perperam vulgo Aemilius Probus dictus,
De Vita Excellentium Imperatorum**

Nepos, Cornelius

Lipsiae, MDCCXIV

VD18 12591890

XXII. Hamilcar.

urn:nbn:de:gbv:45:1-16472

mi³ magnitudine & calliditate, omnes in Africa natos praestitisse constat.

quod erat Euergetae. Hic enim demum a filio Philopatore interfectus fuit. *Iustin. XXIX. 1. 5. C.*
³ magnitudine] in.

XXII.

HAMILCAR.

ARGUMENTVM.

1. Hamilcar extremis temporibus belli Punici I rem strenue gessit. Erycem defendit, suis, ad Aegates victis, pacem suavit, bellum mox renouaturus : arma Catulo postulanti negavit, 2 Cum pace facta Carthago a mercenariis intestino bello premeretur ; hic imperator factus fame, ferro rebelles adflixit, alienata oppida & otium patriae restituit. 3 His compositis in Hispaniam missus Hannibalem secum filium duxit, & formosum Hasdrubalem, cui filiam despondit, ne propter formam consuetudo suspecta esset. 4. Magnis rebus in Hispania gestis & Africa spoliis locupletata, in Vettonibus exstinguitur, prima fax belli Punici II.

I ¹ **H**amilcar, Hannibalis filius, cognomine Barcas, ² Carthaginensis, ³ primo ⁴ Punico

Cap. I. ¹ *Hamilcar Barcas*] Punica nomina ex Oriente petita. Prius regem, saltim consiliarium significat, Phoenicibus *Malca* vel *Milca* dictum : posterius ex *Barak*, vel *Barka*, fulmen sonat. C.

² *Carthaginensis*] Sub primo duce Carthaginensi de voce hac gentili notamus, sex syllabis scribi in pandectis Florentinis & pluribus lapidibus apud Manutium & Gruterum, etiam in columna rostrata, primi belli Punici temporibus inscripta : vt taceamus Prisciani regulam lib. IV. p. 633 (ed. Putsch.) hoc ipso exemplo illustratam, & versum Ennianum apud Ciceronem pro Balbo c. 22 *Hostem qui feriet, mihi erit Carthaginensis,*

bello;

bello; sed ⁵ temporibus extremis, admodum adolescentulus in ⁶ Sicilia praesse coepit exercitui. Cum ante eius aduentum & ⁷ mari & terra male ² res gererentur Carthagenensium, ipse ubi adfuit, nunquam hosti cessit, neque ⁸ locum ⁹ nocendi ¹⁰ dedit: saepeque e contrario ¹¹ occasione data ¹² laceffuit, semperque ¹³ superior discescit. ¹⁴ quo facto, cum paene omnia in Sicilia Poeni amisissent, ille ¹⁵ Erycem sic defendit, ut bellum ¹⁶ eo loco gestum non videretur. Interim Carthagenenses ¹⁷ classe apud insulas ¹⁸ Aegates a C. Luta-

Rariores lapides quinque syllabis *Carthagenensis* habent. vide Gruter. f. 174, 3, & 349. 1. ac Reines. III. 21. Scaligero ad Phallic. carm. 32 I est epenthesis poetica. Per K hoc verbum scribi iubent veteres Grammatici quos Lambinus & Boeclerus sequuntur: membranae, lapides & nummi C habent. C. ³ primo] in.

⁴ Punico] *Carthaginiensi*, seu, quod Romani cum Carthaginiensibus gesserunt. *Poeni* enim sunt Carthaginienses, inde adiectivum *Punicus*: *oe* mutatur in *u*, sicut *moenia a munio*. C.

⁵ temporibus extremis] ab anno huius belli decimo octavo. Polyb. I. 56. C.

⁶ Sicilia] insula in mari mediterraneo. vid. Tab. IV.

⁷ mari] in. ⁸ locum] occasionem s. spatium.

⁹ nocendi] sibi. ¹⁰ dedit] concessit sc. hostibus.

¹¹ occasione] in. ¹² laceffuit] hostes suos.

¹³ superior] victor. ¹⁴ quo] ex.

¹⁵ Erycem] non montem totum, sed oppidum medii montis. Verticem enim & radicem tenebant Romani, Polyb. c. 58. Est autem Eryx mons post Aetnam altissimus Siciliae inter Drepanum & Panormum, Veneris templo, quod vertici impositum erat, celeberrimus. Polyb. I. c. 55. C. ¹⁶ eo] in. ¹⁷ classe] in.

¹⁸ Aegates] Ita has insulas vocant Liuius XXI. 10 & 41. Mela II. 7. Silius I. 59. Florus II. 2. solus Polybius I. 44 *Aegusis*, & c. 60 *Aegusam* singulariter. Situm notat

Phoebantia, M³ tior

tio consule Romanorum superati, statuerunt
 belli finem facere, eamque rem arbitrio permi-
 serunt Hamilcaris. ¹⁹ Ille etsi flagrabat bellandi
²⁰ cupiditate, tamen ²¹ paci seruiendum putauit,
 quod patriam exhaustam ²² sumtibus, diutius
⁴ calamitates belli ferre non posse intelligebat: sed
 ita, vt statim ²³ mente agitare, si paullum modo
 res essent refectae, bellum renouare, Romanos-
 que armis persequi, ²⁵ donecum aut certe vicissent,
 aut victi ²⁶ manus dedissent. ²⁷ Hoc consilio pa-

Mela contra Carthaginis sinum: Polybius priore loco
 μεταξὺ Λιλυθαίων καὶ Καρχηδόνου, inter Lilybasum & Car-
 thaginem; at c. 60 ἐπλευσε πρὸς τὴν Αἴγυσαν ὑψοσύτην
 πρὸ τῆς Λιλυθαίων κειμένην, quod arguit propinquam ad-
 modum Lilybaeo esse. C.

¹⁹ ille] Hamilcar. ²⁰ cupiditate] in.

²¹ paci seruiendum] des friedens sich zu bestreiffen.

²² sumtibus] ab. ²³ mente] in.

²⁴ res essent refectae] Vide Agesil. cap. 7. n. 1. C.

²⁵ donecum aut certe vicissent] Antiquis Donecum idem
 quod Donec. Cato de R. R. cap. penult. Donecum in se-
 men videris ire. Plautus Aul. I. 1. v. 19 donecum ego te mis-
 sero. Nec tamen antiquata vox est. Nam etiam Liuius
 apud Charisium lib. 2 p. 178 Ibi manens sedeto, donisum
 videbis me carpento vehentem domum venisse. C.

²⁶ manus dedissent] Vulgo manum; membranae manus
 pluraliter, vt etiam boni scriptores plerique. Tullius
 Attico XVI. 3 Sapienter igitur, quod manus dedisti, hoc est,
 cessisti sententiae Antonini. Caesar B. Gall. V. 31 Tan-
 dem dat Cotta permotus manus: superat sententia Sabini. Ho-
 ratius Epod. XVII principio: efficax do manus scientiae,
 id est cedo magiae, Lucretius II. 104.

Iudicio perpende; & si tibi vera videtur,

Dede manus: aut, si falsa est, accingere contra,

Lactantius lib. V ineunte: Timent, ne a nobis reuicti, ma-
 nus dare aliquando, clamante ipsa veritate, cogantur. Idem
 III. 28. ex Ciceronis Consolatione hoc adfert: Cedo, &

cem

In p. m.
 al. p. m.
 auf. b. m.
 m. m.

cem conciliauit: in qua tanta fuit ferocia, vt cum Catulus negaret se ²⁸ bellum compositurum, nisi ille cum suis qui ²⁹ Erycem tenuerunt, ³⁰ armis relictis, ³¹ Sicilia decederent: succumbente patria, ³² ipse ⁶ periturum se potius dixerit, quam cum tanto ³³ flagitio domum rediret. non enim ³⁴ suae esse virtutis, arma a patria accepta aduersus hostes, aduersariis tradere. Huius pertinaciae cessit Catulus.

At ille, ¹ vt Carthaginem venit, multo aliter, ^{II} ac sperabat, Rempublicam se habentem cognovit, namque ² diuturnitate externi ³ mali tantum exarsit intestinum bellum, vt nunquam ⁴ pari periculo fuerit Carthago, nisi cum deleta est. Primo ⁵ mercenarii milites, qui aduersus Romanos

manum tolle. Exre militari aut athletica sumta est metaphora: vbi manus sublatae, abiectis armis signum deditiois sunt.

²⁷ hoc] ex.

²⁸ bellum compositurum] das er den krieg wolte zu ende bringen. ²⁹ Erycem] vid. n. 15.

³⁰ armis] ab i. e. post arma relictis. Haec consuetudo Romanorum erga paciscentes. Caesar. V. 40 sub persona Q. Ciceronis legati sui, Non esse consuetudinem pop. R. vllam accipere ab hoste armato conditionem: si ab armis ducedere velint, sperare se, quae petierint, impetraturos. Liuius XXXVIII. 8 consulem Fulvium respondisse refert, Aetolos, nisi inermes, de pace agentes non auditurum se. C.

³¹ Siciliae] ex. ³² ipse] Hamilcar.

³³ flagitio] cum infamia & ignominia. Plautus Epidic. III. 4. v. 79 flagitio cum maiore post reddes tamen. C.

³⁴ suae] factum.

Cap. II. ¹ vt] postquam. ² diuturnitate] ex.

³ mali] externi belli, quod extra fines Carthaginensium gerebatur. ⁴ pari] in.

⁵ mercenarii milites desciaerunt] Causa rebellionis ac defectionis quod propter angustias aerarii illis stipen-

fuerant, descuerunt: quorum numerus erat viginti millium. hi totam ⁶ abalienarunt Africam, ³ ipsam Carthaginem oppugnarunt. ⁷ Quibus malis adeo sunt Poeni perterriti, vt ⁸ auxilia etiam a Romanis petiuerint, eaque ⁹ impetrarint. Sed ¹⁰ extremo, cum prope iam ad desperationem peruenissent, Hamilcarem imperatorem fecerunt. ⁴ Is non solum hostes a muris Carthaginis remouit, cum amplius centum millia facta essent armatorum, sed etiam eo compulit, vt locorum ¹¹ angustiis clausi, plures ¹² fame quam ferro interirent. omnia oppida ¹³ alienata, in his ¹⁴ Vticam atque Hipponem, valentissima totius Africae, re-

dium, ex superiore, nunc autem composito bello debitum reddi non potuit. Polyb. I. 66. 67. C.

⁶ abalienarunt Africam] ab Carthaginensibus, Africam Propriam, quae antea sub ipsorum imperio fuerat. C.

⁷ quibus] a

⁸ auxilia a Romanis petiuerint] Appianus Punic. p. 7 Παλαις ἐς συμμαχίαν ὡς φίλος ἐκέλευ. C.

⁹ impetrarint] copias auxiliares non impetrarunt, sed permiserunt tantummodo Romani ξενολογεῖν ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, mercede militem in Italia conducere: miserunt etiam, qui pacem inter partes componerent, quos Afri audire noluerunt, Romanorum se fidei dare, quam sub imperium redire Carthaginensium, praeoptantes, quos autem Romani non receperunt. Appian. c. l. C.

¹⁰ extremo] in tempore. ¹¹ angustiis] in.

¹² fame] ex. ¹³ alienata] in fidelitate.

¹⁴ Vticam atque Hipponem] Africae Propriae oppida inter Carthaginem & Numidiam ad mare sita. Nota Utica: Hippo autem non Regius intelligitur, qui ad Numidiam pertinet; sed Diarrhytus siue Zarytus, quam Polybius vocat lib. I. p. 103. Ἰππυρρυτῶν πόλιν, quae cum Utica in rebellionem persistebat, ceteris oppidis ad Carthaginem reductis. Equi autem promontorium (Ἰππυρρυτῶν) a Scylace p. 48. post Vticam ponitur. C.

stituit

stituit patriae. neque eo fuit contentus, sed etiam fines imperii propagavit,¹⁵ tota Africa tantum otium reddidit, ut nullum in ea bellum videretur¹⁶ multis annis fuisse.

¹ Rebus his ex² sententia peractis, ³ fidenti animo atque ⁴ infesto Romanis, quo facilius causam bellandi reperiret, effecit, ut ⁵ imperator cum exercitu in Hispaniam mitteretur, eoque secum duxit filium Hannibalem, ⁶ annorum nouem. Erat praeterea cum eo adolescens illustris, formosus, Hasdrubal: quem nonnulli ⁷ diligi turpius, quam par erat, ab Hamilcare, loquebantur. *non enim maledici tanto viro deesse poterant.* quo factum est, ut a ⁸ praefecto morum Hasdrubal cum eo vetaretur esse. Huic ille filiam suam in matrimonium dedit, quod ⁹ moribus eorum non poterat interdici socero gener. De hoc ideo mentionem fecimus, quod ¹⁰ Hamilcare occiso ille ¹¹ exercitui praefuit, ¹² resque magnas gessit:

¹⁵ tota] in. ¹⁶ multis] in.

Cap. III. ¹ rebus] ab, i. e. post res &c.

² sententia] nach wunsch und willen. ³ fidenti] ex.

⁴ animo infesto Romanis] Liuius XXI. 2 ut appareret maius eum (Hamilcarem in Hispania) quam quod gereret, agitare in animo bellum: & si diutius vixisset. Hamilcare duce Poenos arma Italiae illaturos fuisse, quae Hannibal ductu intulerunt. C. ⁵ imperator] ipse Hamilcar.

⁶ annorum] iuuenem.

⁷ diligi turpius] Liuius c. l. flore actatis, uti ferunt, primo Hamilcari conciliatus. C.

⁸ a praefecto morum] qui idem fere Carthagine erat, quod apud Romanos censor. ⁹ moribus] ex.

¹⁰ Hamilcare occiso] in proelio aduersus Vettones, ut cap. 4 dicitur. C.

¹¹ ille exercitui praefuit] Liuius XXI. 2 Mors Hamilcaris

M 5

&

erga Romanos maxime concitasse videtur secundum bellum Punicum. Namque Hannibal, filius eius, ⁶ assiduis patris obtestationibus eo est perductus, ut interire, quam Romanos non ⁷ experiri, mallet.

claram coloniam Vettoniae. Corripuit O Prudentius: producunt Ptolemaeus, Silius III. 378. Lucanus IV. 9. Inconstans Strabo, quem ex laudatis testimoniis correxit Casaubonus Adnot. pag. 48. C. ⁶ assiduis] ex.

⁷ experiri] non pugnam cum iis tentare, bellum gerere.

XXIII.

HANNIBAL.

ARGUMENTVM.

1. Hannibal omnibus ducibus maior, superaturus Romanos, nisi inuidia obstitisset. 2. Reges etiam contra Romanos concitavit, Philippum & Antiochum, cui hereditarium in Romanos odium pro fide facienda narrauit. 3. Imperator factus, triennio Hispaniam subegit, Saguntum expugnauit, & relicto in Hispania fratre per Pyrenaeos & Alpes in Italiam copias duxit. 4. Apud Rhodanum, Padum, Trebiam, Trasimenum, & tandem apud Cannas Romanos vincit. 5. Fabio, a quo claudatur, verba dat: Rufum, Gracchum, Marcellum superat. 6. In patriam reuocatus vincitur a Scipione: 7. bellum componitur: Hannibal expraetor, metuens tradi Romanis, ad Antiochum profugit: 8. cui frustra Poenos tentat coniungere. 9. Antiocho fugato Cretensium auaritiam elidit. 10. & Prusiam concitat aduersus Romanos: 11. contra Eumenem, Romana amicitia valentem dolo pugnat, serpentes nauibus hostium immittens. 12. Repetitus ab Romanis legatis, nec a Prusia defensus veneno vitam finit: 13. incertum, quo anno. Hic tot bellis districtus vir etiam litteris operam dedit & libros scripsit: ipsius autem gesta scripserunt multi.

Handwritten note: von ihm au uof 37. Enghel

M 6

Hannibal